

LATÍN II. Unidad Didáctica 3:

La oración compuesta. Coordinación y Subordinación

Valores de *ut*, *ne*, *cum* y *quod*

- **Analiza (por escrito, cuando lo necesites) y traduce este texto. Localiza y clasifica todos los Nexos (Conjunciones) de Coordinación y Subordinación que aparecen en él.**

(Las partes subrayadas están explicadas al final, en NOTAS)

Exercitus Romanus

Aemilius sorori suae carissimae s.d.

Hodie demum mihi allata est epistula abs te, quae a. d. VI. Kal. Mai., id est abhinc viginti dies, scripta est. Quam tardus est iste tabellarius!

Sed quamquam tarde huc pervenit, gratissima mihi fuit ista epistula magnoque gaudio ex ea cognovi te et Iulum et liberos vestros, quos valde diligo, omnes optima valetudine uti. Cum epistulas tuas lego, apud vos in Albano esse videor neque in hac terra frigida inter homines barbaros. Tum, nescio quomodo, ita permovere, ut lacrimas vix tenere possim –ita patriam et amicos desidero-.

Quoniam igitur ipse ad te properare non possum, litteras ad te scribere propero. Quaeris a me, cur tamdiu nullas tibi litteras scripserim, cum interim trinas quaternasve litteras abs te acceperim. Haud difficile est me excusare, quod neglegens fuerim in scribendo. Si mihi tantum esset otii, quantum est tibi, in epistulis scribendis non minus diligens essem quam tu. Sed cum per complures menses vix tempus habuerim ad dormiendum, facile intelleges nullum otium fuisse ad epistulam scribendam. Prope cotidie aut Germani castra nostra oppugnaverunt aut nos impetum fecimus in Germanos...

Ego cum ceteris hac gloria Victoria gaudeo quidem, sed multo magis gauderem, si amicus meus, Publius Valerius, quocum primum stipendium merui, incolumis esset et mecum gaudere posset. Qui, cum mihi inter hostes procedenti auxilium ferre vellet, ipse ex acie procurrentis pilo ab hoste amisso percussus cecidit. Graviter vulneratus in castra translatus est, ubi in manibus meis ex vulnere mortuus est, postquam me oravit, ut litteris parentes suos de morte filii consolarer.

Certe faciam secundum voluntatem amici, sed quomodo alios consoler, cum ipse me consolari non possim? Fateor me lacrimas effudisse, cum oculos eius clausissem, at illae lacrimae et militem et amicum decebant, nam profecto malus amicus fuisse, nisi lacrimas effudissem super corpus amici mortui, cum ille sanguinem suum pro me effudisset. Tanta amicitia nos copulabat, ut tamquam fratres coniunctissimi viveremus. Miserrimum est tam subito a tali amico disiungi!

Utinam patrem audivissem, cum me ad studium litterarum hortaretur! Sed tum omnia, quae ad litteras pertinebant, despiciebam. Poetas ut homines otiosos oderam, praecipue Tibullum, qui vitam rusticam atque otiosam laudabat, vitam militarem despiciebat. Mirabar, cur ille poeta mortem gloriosam pro patria “diram” vocaret et enses, quibus patria defenditur, “horrendos” diceret, ut in his versibus, quos senex magister etiam atque etiam nobis recitabat:

Quis fuit, horrendos primus qui protulit enses?

Quam ferus et vere ferreus ille fuit!

Tum caedes hominum generi, tum proelia nata,

tum brevior dirae mortis aperta via est.

Ridiculi mihi puero videbantur ii versus, cum nondum caedem vidisse. Sed hodie Tibullum verum dixisse intellego. Si iam pridem hoc intellexisse, certe patrem meum audivisse neque ad hoc bellum profectus essem, ut tot caedes et tot vulnera viderem.

Sed iam satis de caede scripsisse videor. Nolo te fatigare narrando de bello cruento, quod brevi finitum iri speramus. Nisi ea spes me fallit, posthac plures epistulas a me exspectato, atque plures etiam ipsa scribito! Etiam alios moneto, ut ad me litteras dent. Et de re publica et de re privata narratote mihi! Scitote me omnia, quae apud vos fiunt, cognoscere velle.

Valetudinem tuam cura diligenter. Datum a. d. XVII Kal. Iun. ex castris.

(Orberg, *Lingua latina per se illustrata*, XXXIII, adaptado)

NOTAS:

- *...te et Iulium et liberos ...valetudine uti*: “...que tú, Julio y vuestros hijos (...) gozáis todos de una salud óptima”. Completiva de Infinitivo.
- *esse videor*: “me parece estar”. Construcción personal de Infinitivo.
- *scripserim, acceperim, fuerim, habuerim*: En estas oraciones, en latín se usa Prto.Pfto.de Subj. Debéis traducirlos por Pto. Pfto. de Ind.: “he escrito, he recibido, etc.”
- *in scribendo*: “al escribir”. *ad dormiendum*: “para dormir”. Gerundios.
- *in epistulis scribendis*: “en escribir cartas”. *ad epistulam scribendam*: “para escribir una carta”. Gerundivos.
- *nullum otium fuisse*: “que no ha habido tiempo libre”. Completiva de Infinitivo.
- *et...et...: “tanto...como...”*
- *clausissem. effudisset*. Plsc. de Subj. Aquí los traducimos por Pfto de Ind.
- *cur...vocaret...diceret...: “por qué...llamaba...decía...”* Subordinada interrogativa.
- *scripsisse videor*: “me parece que he escrito”. Construcción personal de Infinitivo.
- *narrando*: “contando; al contar”. Gerundio
- *exspectato*: “espera”. *scribito*: “escribe”. *moneto*: “aconseja, anima”. *narratote*: “contad”. *scitote*: “sabed”. Imperativos de Futuro.

Latín II. Unidad Didáctica 3:

Valores de *CUM*, *QVOD*, *VT* y *NE*.

CVM

1. Senex, cum pecuniam in aula invenisset, ad atrium anxius rediit.
2. Cum custodes dormirent, captivi e carcere effugerunt.
3. Cum gladiatores leonem interfecissent, spectatores plauerunt
4. Puella, cum epistulam scribebat, sonitum mirabilem audivit.
5. Vix ea fatus erat, cum scindit se nubes.
6. Cum vita sine amicis insidiarum plena sit ratio nos monet amicitias comparare.
7. Vincere cum possis, interdum cede sodali.
8. Sol iam occiderat cum domum revenerunt.
9. Cum Athenas advenero, ad te scribam.
10. Quintus Maecenasque, cum prima hora Roma discessissent, in colles Sabinos equitaverunt. Vesper iam aderat cum ad villam advenerunt. Cum fessus esset Quintus, tamen fundum inspicere volebat. Maecenas “cum nox sit”, inquit, “pauca videre possumus”. Quintus “cum primus sol ortus erit”, inquit, “omnia inspiciam”. Postero die cum Maecenas Romam profectus esset, Quintus vilicum arcessivit. Omnia inspicerant cum Quintus vilicum dimisit. Quintus, cum quiescere vellet, prope fontem assedit et carmen composuit.
Illo ex die, cum aestas venerat, Quintus in colles festinabat et fundum, cum Romam redierat, semper desiderabat.

OVOD

1. Malum est consilium quod mutari non potest. PUBL. SYR.
2. Hoc nos pessimos facit, quod nemo vitam suam respicit. SEN.
3. Multum hostes adiuvabat quod flumen nivibus creverat.
4. Gaudeo quod valeas.
5. Socrates damnatus est quod corrumperet iuventutem.
6. Bene facis, quod me iuvas. CIC.
7. Opportune accidit quod Germani in castra venerunt. CAES.
8. Quod prius in tumulum hostes venerant, nostri repelluntur. CAES.

VT. NE

1. Faciam ut iubes.
2. Haec res sic est ut narro tibi.
3. Pompeius, ut primum (cum primum) equitatum suum pulsum vidit, acie excessit.
4. Accidit ut esset luna plena.
5. Legatus militibus imperavit ut redirent.
6. Legum omnes servi sumus ut liberi esse possimus.
7. Tantus in curia clamor factus est, ut populus concurreret.
8. Ut tibi desint vires, tamen obdura.
9. Te rogo ne venias.
10. Date puero panem, ne ploret.
11. Cur non venisti, ut iusseram, in tonistram? PL.
12. Metuo ne sero veniam. PL.
13. Timeo ut venias.

14. Per totam noctem laborabat medicus ut vulnera militum sanaret.
15. Dominus stilum et ceras poposcit ut epistulam scribebat.
16. Vos saepe monebam ut diligenter laboraretis.
17. Nemo ancillae persuadere poterat ut saltaret.
18. Tam stultus erat miles ut omnes eum deriderent.
19. Denique ego ad patrem redii ut rem explicarem.
20. Adeo saeviebat senex ut se continere non posset.
21. Poeta carmen ita recitavit ut omnes eum laudarent.
22. Vt sis nocte levis, sit tibi cena brevis.
23. Nullus est liber tam malus ut non aliqua parte prospicit
24. Videant consules ne quid res publica detrimenti capiat
25. Verres Siciliam ita vastavit ut restitui nullo modo possit. CIC.
26. Per te deos oro et nostram amicitiam, Chreme, ut me adiuves in hac re. TER.
27. Imperat militibus Caesar ut naves faciant. CAES.
28. Nemo est tam puer ut Cerberum timeat. SEN.
29. Romani etiam legatos Carthaginem miserunt, ut mandaretur Hannibali ne bellum contra socios populi Romani gereret. EUT.
30. Hannibal, ne Romanis traderetur, ad Prusiam, Bythyniae regem, fugerat.
EUT.

Latín II. Unidad Didáctica 3

VALORES SINTÁCTICOS DE CVM, QVOD, VT Y NE	
CVM	
	<ul style="list-style-type: none">• Preposición de Ablativo: <i>Aeneas cum comitibus ad Latium aduenit</i>• Nexo<ul style="list-style-type: none">a. Con Indicativo<ul style="list-style-type: none">- Temporal (“cuando”): <i>Cum repeto noctem... Cum primum Romam adueni...</i>b. Con Subjuntivo<ul style="list-style-type: none">- Temporal-causal (Pto. Imp. / Pto. Plsc. “Cum histórico”) <i>Cum pater ueniret...: Cuando llegó/ al llegar/ como llegara/ llegando su padre... Cum pater uenisset...: Tras llegar/ al haber llegado/ como hubiese llegado su padre...</i>- *Causal (“puesto que”): <i>Cum Romae sis, mihi de Iulia scribe</i>- *Concesivo (“aunque”): <i>Cum potentes sitis, tamen infirmos despicer nolite</i>
	QVOD <ul style="list-style-type: none">• Pronombre relativo y adjetivo interrogativo: <i>Praedium quod uides tibi erit. Quod nomen est tibi?</i>• Nexo<ul style="list-style-type: none">a. *Completivo (Indicativo:“el hecho de que”): <i>Adde huc quod semper me iuuas</i>b. Causal (“porque”): <i>Tibi gratias ago quod semper me iuuas</i>
	VT <ul style="list-style-type: none">• *Adverbio interrogativo o exclamativo (“cómo”): <i>Vt uales?</i>• Nexo<ul style="list-style-type: none">a. Con Indicativo<ul style="list-style-type: none">- Temporal (“cuando”): <i>Vt Romam adueni... Vt primum Romam adueni...</i>- Comparativo (“como”): <i>Vt praedixeram, ita accidit</i>b. Con Subjuntivo<ul style="list-style-type: none">- Completivo (“que”): <i>Volo ut uenias</i>- Final (“para que”): <i>Te uocauit ut tecum uenires</i>- Consecutivo (“que, de modo que” En la principal <i>tam, ita, adeo:</i> “tan” / <i>is, talis,:</i> “tal” / <i>tantus:</i> “tan grande”): <i>Ita fessus eram ut electo non surgerem</i>- *Concesivo (“aunque”): <i>Vires ut tibi desint tamen obdura</i>
	NE <ul style="list-style-type: none">• Nexo (Negación de ut completivo o final. Con Subjuntivo)<ul style="list-style-type: none">- Completivo (“que no”): <i>Volo ne uenias. *Timeo ne uenias</i>- Final (“para que no”): <i>Te uocauit ne uenires</i>

